



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Quid mandat abiturus Apostolis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSUS 19.

Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.

QVÆSTIO I.

Quid mandat abiturus Apostolis.

§. 1. PRIMUM est vt doceant. *Docete*, inquit, omnes gentes. Apostolorum itaque, & Episcoporum *Docere* debet. Officium enim primum hoc est magistratum Ecclesiasticorum: & optimos quosque pontifices & Episcopos in docendi munere diligentiſſimos fuisse legimus. Et nunc quoque etſi multa illis agenda incumbant, primas tamen & ſecundas docendi officium tenet. Idque per ſe, vel alios, nec concionando duntaxat, ſed variis modis. Immerito itaque Calvinus eos eſſe Episcopos negat, qui docendi munus non exeunt; nempe more Calviniano. [Hinc, inquit, diſcamus Apoſtolorum non eſſe inanem honoris titulum, ſed operoſum munus: ideoque nihil magis eſſe abſurdum, vel minus tolerabile, quam vt ſibi larvati homines viſuperent hunc honorem, qui oſcioſe regnantes, docendi munus à ſe reſiciunt, à Patre Romano, cuiusque cohorte ſuperbe ſucceſſio hæc iacta ut, quaſi communem cum Petro, & eius collegis perſonam ſuſtineant: interim doctrinæ nihilo maior illis cura eſt, quam Iupercis, vel Veneris, vel Bacchi ſacerdotibus.]

Sane i. Tim. 2. Requirit Apoſtolus vt doceat, aut ſane vt docere poſſit. Si ipſe docere aliquando non poſſit, vt illi ſit cura doctrina, quod fieri videmus accuratiſſima providentia, mittendis in omnem terram, etiam Indias, & Chinam doctores.

Noſtri quidem omnes Episcopi docent, & docere tenentur, partim per ſe ipſi, partim per alios. Nec ad docendum neceſſarium eſt, cathedram aſcendere, & concionari; quanquam hoc faciunt multi, & omnes facere optandum eſt. Docere non tantum illi ſolent, qui concionantur, ſed quicumque monent, hortantur, errores corrigunt, facienda præcipiunt, omittenda prohibent, idque priuatim, publicè, per ſe, per ſuos, voce, calamo, & quod caput eſt, exemplo bonorum operum, alios ad ea invitantes. Degeneres ingiur non ſunt, verum pro ſuo quique talento, tempore, occasione docendi munus exequuntur. Adrianus Saravia Calvinianus & Beza antagoniſta, doctores illuſtres agnoſcit, qui nunquam concionati ſunt, c. 2. De diuerſis gradibus miniſtrorum.

§. 2. Neque tamen eos, qui ſuo munere non funguntur, excuſo, habent ſuum illi iudicem, & conſcientiam, etſi nunc ſuppreſſam, olim experientur accuſatricem: Magis accuſandus Calvinus, & eius alleclæ, qui non miſſi à Chriſto, nec ab ordinaria vlla poſtate ad docendum, cucurſerunt ad ſuos errores, deſtautis ſcripturis. Itaque Saravia eodem in capite, de vocatione quorundam dubitat, qui in Eccleſiis reformatis munere paſtorali funguntur, cap. 2. doletque hoc Eccleſiis ſuis expoſtari, improbat etiam conciliabulum Poſſiacenſe, qui miniſtris ſuis vocationem extraordinariam tribuunt. Quinetiam probat vocationem Eccleſiæ Romanæ, ſicut & baptiſmum, at Beza eam eiſcit vocationem, nec aliam tamen habet, niſi extraordinariam; at negat Saravia, illos ex vocatione quam mouentali, ſe poſſe expedire, qui ad extraordinariam vocationem conſugunt. E. Beza reſponſivus Saravia vocationem omnem tollit è medio, cum enim duas extraordinarias vocationes diſciſſet,

ſed deſtinata & voluntaria ſuppliciumq; ſecum trahentis aduerſus Deum rebellionis. Nam ſi ea ſpe Iudei Chriſtum cruciſixerunt, vt ne doctrina eius inualeſceret, & Iudaismus ne obſcuretur: quomodo cum veriſque ſpectuentur deciderint, que præter voluntatem obuenit aduerſus Chriſtum ignorantiam iſtorum, ea res non coarguit & reſellit?

Et Turon. lib. 1. cap. 21. ex actis Pilati ad Tiberium miſſis. Apprehenſus inquit & Ioseph, qui eum aromatibus conditum in ſuo monumento recondidit, in cellam inſtuitur, & ab ipſis ſacerdotum principibus cuſtoditur, maiorem in eum habentes ſanctiam (vt geſta Pilati ad Tiberium miſſa referunt) quam in ipſum Dominum, cum ille à militibus, hic à ſacerdotibus cuſtodiretur. ſed re urgente Domino cuſtodibus viſione angelica terriſis, cum non inueniretur in ſeculo: nocte parietes cellula, in qua Ioseph tenebatur ſuſpenduntur in ſublimes; ipſi vero de cuſtodia, abſolvente angelo liberatur. paritibus reſtituitur in locum ſuum. Cumq; Pontifices militibus expoſtrarent, & ſanctum corpus ab ipſis inſtanter requirerent; diſcunt ei milites: Reddite vos Ioseph, & nos reddimus Chriſtum. ſed vt verum cognoviſſis, nec vos benefactorem Dei, nec nos ſuum Dei reddere nunc valeamus. Tum illi conſutatis, miſeres ab hac accuſatione liberantur. Hæc Gregorius, qui & in ſecondo angelo nomine Nicodemi ſcripta recitata habentur: qualia autem ſint ea omnia, ſides apud auctores remanet: Non vero ſc poſſimus, ne qua ab antiquis ſum enarrata, in conſultis prætermiſſe videamus. Lector itaque boni conſolatur, & quod monet Paulus, omnia probet, & quod bonum eſt tenet.

Non dubito fabulas adiunctas, nec enim continuo in eorum poſtate erat Iosephum captum detinere, cum præſens corpus illi dedidiſſet.

VERSUS 18.

Et accedens Ieſus locutus eſt eis, dicens: Data eſt mihi omnis poteſtas in celo & in terra.

QVÆSTIO I.

Quomodo Chriſto data omnis poteſtas?

§. 1. Syrus addit: ſicut miſit me pater, ita ego mitto vos, quod aliunde huc translatus eſt. Ariani ex his verbis Chriſti diuinitatem oppugnabant. Athanaſius orat, contra Arianos. Quomodo accepit, ſi Deus eſt, cui ſi neceſſitatem non habuit?

Reſponde tamen eſt iam Chriſtus accepſſe poteſtatem dicentem ſecundum naturam humanam. & Syrus habet Schuleran, dominium, imperium. Parum illi eſt; vt eſſet caput Eccleſiæ, Dominus domitorum. Vide Act. 10. 26. & 42. Eph. 1. 20. & 1. 22. Ioan. 16. 33. ita prædictum eſt Daniel. 7. 14. 28. 14. 49. 6. & Vigilium lib. 5. contra Eutychem. Cyril. in Ioan. lib. 2. cap. 71. Omnia iſta iam nouo titulo meriti poſſedit, quia humiliatus ſemetipſum, obediens iſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Poſſedit iam perfecte factus ipſe immortalis, & glorioſus, vi iam ea cepit poteſtate, & eam per Apoſtolos promulgare. Merito igitur iſta præſatur, vt meminerint, ſe à ſupremo Domino ad ſeruus illius miſſi. Iſte, inquit Theophylactus, φησὶ ὅτι ἐδόθη ἡ ἐκείνου ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἡ ἐκείνου δουλοῦσα, οὐδὲν ἐξ αὐτῆς ἀρξαι μόνον. Dicit iſti datam omnem poteſtatem in celo; Humana natura que prius ſeruebat, nunc in regno regnat.

23 (* *) 25

Vocationes
Bezana.

x flet, aliam à Deo, hoc est, Dei voce, aliam à Deo, hoc est Dei instinctu, totam Ecclesiam suam de impostura, damnauit. Verba Beza sunt. [Sed aliam præter speciem huius extraordinariæ vocationis abs te præmissam, quæ tamen maximi est momenti, in scriptis inuenio, post constitutam etiam Ierosolymitam Ecclesiam. Hi sunt enim quos Christus non sua voce, non per visionem de qua nobis constet, non per internuntium vllum, siue angelum, siue hominem, sed suo afflatu intrinseco huc & illuc misit. Talis proculdubio fuit illa Philippi, antea diaconi, & post Ecclesiæ Hierosolymitanæ dispersione Euangelistæ hoc afflatu facti profectio in urbem Samariæ gentis ignotis prorsus Apostolis, nedum ut eo illum miserint. Act. 8. 4. & 5. & 14. Tales & illi ex eadem dispersione.] Respondeo errore pernicioso vocationes à Beza confundi. Philippus diaconus iam delectus ad docendum erat, vti & Stephanus. Et Deus prædicationem signis confirmabat. Stolidum vero est, tot vocationes in quouis fingere, quoties noui operis imperium à Deo imponitur; nam in generali vocatione singulares comprehenduntur. Et profecto Sarauia illam vocationem violenter expugnat. Sed speciem illam &c. non admitto. Est enim periculi plena, & noui malig. exempli: quam sibi temerarius atq. audacissimus nebulo arrogare potest. Philippus Apostolorum minister missus erat ad docendum. Cyprian. ad Iubaianum. Illi enim qui in Samaria crediderant.

Beza tamen in Belgio & Gallia suis illam tribuit. [Idem quoq; diuinitus factum in aliis Europæ totius regionibus; sed in Gallia præsertim, & in Belgio, restantur eximiorum illorum Dei seruorum historię, quorum vocationem martyrii corona fanciuit.] Imo necessarium arbitratu eo confugere. Et regulas proponit. [Absit igitur ut huic licentiæ longe perniciosissimæ ostium aperiamus. &c. sed ut veram, & legitimam illam ab adulterina summo studio vitanda discernamus: tres proponimus regulas. 1. ut ibi demum sit ei locus, ubi nullus est legitimæ vocationis usus, quem eiusmodi doctor contempnere videri possit: Alteram ut probeatur eiusmodi hominis spiritus priusquam admitatur, &c. Tertiā denique ut sic probati ab Ecclesia cuius ipsi fundamenta iecerint legitime ordinentur.]

Hæc cur fingat, causam subdit. [His inquam quasi candelis, itam de qua nunc agimus extraordinariam vocationem circumferimus, nunquam illam aliqui approbatur: Et sic à falsissimis aduersariis calumniis beatos illos Dei seruos asserimus.]

Nihl errori palliando ista velamenta proficiunt. Quis enim credere poterit doctori nouo, suas cogitationes promenti, si à Deo se missum profiteatur, nisi signa & prodigia vocationem confirmet? A Deo se excitatum clamat Beza, & Dei se spiritum habere, nec miraculis probat, nec vitæ innocentia. At dicit: Nulla erat legitima vocatio, in eo loco in quem veni. Quam hoc periculosum sit, nemo non videt. Vocatione destituta Ecclesia inuasi promptum est calumniari. Nec tamen inde consequitur tibi esse subiectam Ecclesiam, quæ pastore vacat. Non ideo tibi illa ius est, si aliter nulli est. Non est Ecclesia primo occupantis, sed legitime ingredientis. In multis hæreticorum, & gentium Ecclesiis nullus est pastor legitimus, nec tamen idcirco quilibet potestas illos docendi.

At spiritus docentis probandus est. Qui obsecro iubebantur probare? Non possunt auditores rudes, scripturam legere nescientes; non possunt, ne quidem docti; non enim omnibus est dara spirituum discretio. Non facile omnia scrutari possunt. Quam vero hoc ridiculum, ut cum aliquis interno Dei spiritu se afflatum professus fuerit, iaciat Ecclesiæ fundamen-

tum, hoc est, suis opinionibus imbuat pagi, aut oppidi alicuius incolæ, illi deinde suum pastorem ordinent. Fanaticus ille Ecclesiam fundet, illa vero ibi ministrum imponat. Quid hoc aliud est, quam vdicat, populum ab aliquo congregari, deinde ab eo populo sibi pastor, s præponi. Hoc enim in politica quidem gubernatione fieri potest.

§. 3. Lucunda est non modo, sed vtilissima etiam narratio apud Sarauiam c. 2. de variis gradibus ministrorum, qua ostenditur, quid vocatio illa interna, etiam in mediis eroribus monstrum pariat. Tandem, inquit, inueniuntur quidam, qui se spiritus sancti numine incensos credere, & extra ordinem vocatos ad eos liberandos, qui in custodia tenebantur; simul & ad stabilendam disciplinam ecclesiasticam. Eorum hæc sunt nomina. Edmundus Coppinger, Henricus Arthington, & Willielmus Hackit. Coppinger primus incepit, sese dare precibus & ieiuniis: & ea pro se fieri postulare à fratribus, ministros verbi Dei consulere, quibus quam se sentiret intus incitari à spiritu sancto confiteretur, ab eis consilium petens. Alij nullo modo probant hominum insaniam, rei magnitudinem & pondus reputantes; ad quam non iudicabant Coppingerum esse satis idoneum: atque deterrebant eum quantum poterant. Alij frigidius & timidius veritatem, si probassent, & res parum succederet, in periculum legum incurrerent, tanquam participes. & approbatores perniciosi contra rem publicam consilij, metuiebant enim spiritum extinguere & prophetiam prohibere. Alij furiosi in amentia sua confirmantur: nescio quid magni ab eis expectantes. Tamen hic Coppinger se suam, consilia cupit omnibus probari fratribus. & imprimis viris doctis, nempe quos ad dictos nouerat disciplina Gmueri (nec enim alios aut fratres aut doctos asstimabat) quibus & has questiones proposuit. An huiusmodi in Ecclesia extraordinarij operari & adiuturi sint, & illi apostoli siue Euangelistæ, siue propheta vocentur, vnus aut plures ut opus erit, qui tanquam Nazarei & aduocatores modo specialiter existant. Si qui tales sunt, num eorum vocatione, non sit proxime à Deo, quam & ipsius spiritus obsequet in eorum mentibus, à quo eximium illud donum habent: nempe gratiam, sapientiam, scientiam, animi robur, magnanimitatem, zelum, patientiam, & humilitatem, quibus eorum vocatione manifesta fiat ecclesia. Et quando hac dona in quopiam apparent, verum Ecclesia debeat esse sollicita de euentu, quem Deus visum erit dare. Quod si id licet Ecclesia, quæ ratione & modo agendum sit cum eo, qui extraordinariam illam habet vocationem. Hoc concesso, vsque ad finem seculi futuras extraordinarias & immediatas à Deo vocationes. Num non inueniantur in illis locis, ubi Euangelistæ quidem annuntiantur & sacramenta aliquo modo rite administrantur, quamuis non vbiq; sed hic atq; illic non perfecte, sed ex parte: & ubi vera disciplina non est constituta sed oppugnata à magistratu, siue ipsorum fuerit, extraordinariam vocationem non expectandam, nisi in vastitate & desolatione Ecclesiæ, quaritur num vastitas & desolatio ecclesiæ dicenda sit, quando principes & præcipui magistratus adeo igneant, ut nesciant, quid sit necessaria, vera Ecclesiastica disciplina, sed ei repugnant & persequuntur eos, qui tunc sunt stud. si: Vnde sit ut quibus improbi admittantur ad publicam verbi Dei exercitiam, & ad communionem cana Domini. Verum inquam sperare liceat Deum, (ad laudem & gloriam nominis sui & vtilitatem Ecclesiæ) posse aliquam extraordinariam vocare, conferendo ei spiritum sanctum plenius, & abundantius quam ceteris, ut in nomine Dei agat cum magistratu, ut curent populum vbiq; docendum, & vtram disciplinam exercendam in populo iam prius edocto. Vtrū vbi Pastores, & Doctores, & Seniores & Diaconi, & Diaconissa nulli sunt in Ecclesia constituti, sed tantum minister vnus populo est obtrusus qui sit eorum Pastor, nec ab eis electus, nec eis gratus, dici & haberi (etiam si ea dona Dei, & gratiam spiritus sancti habeat, quæ in illa vocatione requiruntur) legitime ad ministerij Ecclesiastici functionem vocatus debeat. Coppinger ex doctrina, de extraordinaria vocatione hæretices siue questiones hausserat; persuasus se moueri & incitari à spiritui.

Quilibet
missum se
fingere po-
test.

ad ista sancta ad res magnas, sicut olim propheta & iudices a Deo committuntur, qui remp. componerent, & errantem populum in viam reuocarent. Quamvis multi hominem ab iniquitate priuatum, tunc publice decernerent ab his furoribus, & in carcerem confinis ad alios quibusdam, nec desisti doctores in his sociis, cum quibus plerumque insisteret. Causam praenotat esse dicitur, & eorum qui in custodia detinebantur, vnde per fidem Dei seruorum liberationem, & vera censura Ecclesiae constituitur. Quidam Penry tribunus & vere solutus concionator nulla ordinarie uocatione fretus, aut illi Ecclesiae praepositus, sed praetextu Genueis disciplina promouenda, hinc incendio missus abbat & Scoria, quo iugerat. Pater sub tempore, quo suam agendam Coppinger cum Joanne de Bardi, aut in vicinis latitabat. Quidam ex illa concionatoribus, quos custodia mandata Domini Consilij nomine Wagonum, hunc Coppinger de Bardi reddere insisteret, aut ex insano furore eum in carcerem commendauit, insignem nebulosum & hypocritam Wagonum Hacket, qui tam pridem, postquam sua, & quibus erant omnia, decore at, & conuersus a priuoribus ad concionatoribus ad meliorem frugem videri volebat, se ad Deum placet, extraordinarie a spiritu Dei uocatum, & ad reparationem non tantum Ecclesiae, sed etiam Reipublicae inter hoc amicitia & familiaritate, dignum est patrem suum, postquam Coppinger non iam collegam, sed ducem erat consecutus, eum quidem tunc in concionatione hypocritis estoruit, accessit: fucillus ad hoc difficile transpiciat, nisi sit patridus. Tertio hic Hacket concionans de tempore precibus, adeo excelluisse, ut de Bardi totum ardere, & ab eo ipso regi linguam, & ad eum & ad eum in furoribus admirationem, ut nihil in concionatione non possideret, & ad Deum obtinere: proinde quidam de hoc perferri. Quamvis initio praeter Ecclesiae reformationem, & regni & Regiae salutem, moliri se testarentur, praeterea multa priuatum contra regiam maiestatem, & de Consiliariis, maleuolentia eumebant, tanquam spiritus iniquitatis: videlicet ipsam esse impiam, & regni iure iactant. Quamvis autem impotenti odio ferretur in optimam suam mentem Hacketus, palam fecit quando ingressa regia praeterea insculpta, aut radebat, & confodibatur. Dominos Concionatorum sola propriis nominibus, nulla additis honoris conspectibus significat. Tandem primas partes hinc in concionatione habebat, & ipse duos comites suos praeparabat, cuique propriam designans prouinciam, ut Edmundus Coppinger gratiam & misericordiam Dei offerret populo, Henricus Arthington vero, aeternam damnationem, & interitum Dei, nolentibus ipse credere, denuntiaret. Hic ita concionatus, & consilio suo committente eum Wagonum captiui, quodam die mane hora octava, Hacketum adhuc in lecto sedentem cum venire consilium regem: Coppinger vinctum eum in terram, & proinus in terram prociuit: adfringens ad illam aditus proprius accessit, qui ex tunc manu e lecto, Hacketum Coppinger apprehendit: nihil, inquit, mihi vultione tua, sed ad eum e lecto, ad ipso spiritu sancto vultus sum. Cum Coppinger eum interrogaret quid fieri vellent, hic (inquit) & cum vobis Londini nuntiaret, Christum Dominum & ecclesiam esse in ventralibro in manu sua, vnde dicit orbem. Quod praeterea regi vbi sit, dicit eum esse in adibus Wagonum, & in fide ad eum vbi sit, credere noluit, veniam huc & me si possent, respondit Coppinger, in nobis nulla erit, praeterea vobis: & confestim Coppinger abiit: quem subsequutus est Arthington. Vixit egressus illam domum cepit clamare Coppinger, de celo noua immensa commiserationis diuina se ostendit, istum Christum de celo descendisse. Qui sequebatur Arthington item repetebat, & confirmabat: atque ita per viam, & in plateas progrediebatur, ad quos conuersus populus, & cum in publicam & maxime frequentem plateam vocatam Chocapide, deuenire iuxta Pyramidem, & tanta populi multitudine conuenerat, ut praeterquam possent, carrum ibi vacuum conseruerunt, & cum a populo capere concionari viderent, angustia re-

sipisce, respicere Anglia. Qui nam ipsi essent exposcere populo, nempe se prophetas esse extra ordinem vocatos, ut alter Dei misericordiam, alter iudicium & vindictam predicaret Hacketum laudibus magnis effertur, & quod ipse esset officium exponunt, videlicet qui Christum repraesentet, sitq. corporis ipsius gloriosi particeps, & precipuo ipsius spiritu donatus, ut eius fungatur officio, & ventralibro secerat bonos a malis, & Euangelium per vniuersam Europam, & disciplinam Christianam introducat: iam aduenisse tempus, quo haec omnia perficiantur. Praeterea populo narrabant, vbi Hacketum viderent, & vbi esset & moraretur: se vero esse prophetas, immediate extra ordinem a Deo missos, ut ei in tanto opere adiutores essent: & haec omnia affirmabant cum sui ipsorum diris impressionibus, & executionibus, optantes confundi, & in aeternum damnari, nisi res ita esset, ut fuerant locuti. Alter horum Dei misericordiam, & ingentem consolationem, atque ineffabile gaudium pollicebatur omnibus, qui exemplo paeniterent, & hoc Euangelium & oblatam opportunitatem reformationis amplecterentur. Alter autem horrenda Dei iudicia detonabat impenitentibus & imprimis civitati Londinensi, quotquot non credebant, contestabatur corpore & animo esse damnatos: futurum ut homines in multas eades irruerent, & lenientem hominum tantquam porcorum facerent. Hacketum esse Europae regem, & ab omnibus ei esse parendum, quia hoc Dei iudicia vellent euadere: regnamus regni sui excedisse, & dignamque regno suo praestatur: Consiliarios vero eius, nonnullos esse perfidos regni proditores. Haec facta sunt 16. die Iulij, anno Domini 1591. Postquam totam civitatem murmur compleisset, & quid hoc portentum esset, admirarentur, rumor statim ad reginam peruenit, quae Green & ibi agebat: qui locus a Londino distat, tantum tres aut quatuor mille passus. Ipsa confestim duos Consiliarios ad urbem misit, qui de re tam insolita quaerent. Quaestione autem & iudicium hic inferere nimis longum esset, hoc notasse sufficiat, praetextu huius extraordinariae uocationis & intrinseci nominis afflatus, fanaticos istos homines populum concitare, reginam regno suo spoliare, Consiliarios male mulitare, Episcopos trucidare, hunc notum regem inducere, & Ecclesiam simul & Rempublicam transformare, in animum habuisse. Quam autem impudenter se gesserit constitutus coram iudicibus, iste Hacketus, quas blasphemias contra Deum & Dei filium protulerit, horrendum est dictum. Sub carnificis manu constitutus, blasphemus ore ipse Deo minitabatur nisi auxilium praesens ei mitteret: atque ita in illo suo furore, laetitia maiestatis diuinae & humane reus, morte poenas dedit. Miser Edmundus Coppinger amentiam simulans capite illiso, & voluntaria inedia sibi mortem conscivit. Henricus Arthington furor & amentia penitens, principis clementia vitam retinuit.

QUESTIO II.

Quomodo baptizari iubet?

§. I. Primum stabilitur hic forma baptismi, quae est. Ego te baptizo in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. Haec inquam vlt, & antiquitate Ecclesiae seruatur, eam hodie omnes etiam haeretici usurpant, nec praecise tamen his verbis fieri praecipit scriptura: verum scripturae interpret Ecclesia huc semper verbis reuertitur. Quamvis enim olim Arian, alique formam baptismi contempnerent, nostri tamen sectarii eam retinent. De Arian, testis est Athanasius de professione regula Catholicae lib. 7. Quosiam, quoties tibi indicatum est: Te baptizate omnes gentes in nomine Patris & Filij & sancti Spiritus? Aut si haec contradicentia existimus eo quod in vno donum baptismi operationes nomine Dei atque vniuersae Trinitate non continentur, cur tu hoc nomine Deitatis sublatum Patris, & Filij & sancti Spiritus baptizas, dicendo: Baptizate in Patre & Filio & sancto Spiritu, & non in vno nomine? Ut hoc modo artificiose, vnum nomen coram tacite in Deitate non nominare, vel abnegare, sed & nomina in personis tantummodo eorum velis assignare. Quia si sic erat celebrandum baptismus, obtinuerat Arianorum assertio,

Baptismi forma.